



Biblioteka Uniwersytecka  
we Wrocławiu

Wrocławiana

y647

80041

BCUL

MF40272

(A-26)

Yb 47  
1-26

Gabinet  
Śląsko-Lużycki

80041/1-26 GSc



1628 Febr. 28 - b 46  
1  
APPLAUSUS VOTIVUS

VOTIVO ILLI PLAUSUI,  
qvo publicè  
SERENISSIMUM ET POTENTIS-  
*simum Principem ac Dominum*

DN. FRIDERICUM

D. G. REGEM BOHEMIAE, CO-  
MITEM PALATINUM RHENI, SAC.

Rom. Imp. Principem Electorem, Ducem Bavariz,  
Silesiz & Lucemburgi, Marchionem  
Moraviz & Lusatiz, &c.

*Regem ac Dominum suum Clementissimum.*

HOMAGIUM PRO MORE SO-

lenni à se suscepturum.

TUM PRINCIPES AC ORDINES SILE-

*siz, tum Senatus Populusq, Vratisl. letabundi  
gratulabundi, excipiunt,*

PRO EJUSDEM SERENISSIMÆ MA-  
jestatis honore Auspicatissimo, Per Anagr. & Epigr.  
aliquot animo devoto datus

à

JOHANNÉ BLAUFUS SIL,  
U. J. C.

---

VRATISLAVIÆ

Imprimebat Georgius Bauman.

Impensis Ioannis Perferti Bibliopolæ Wratisl-

4 v. 64





80041/1 GSE



I.  
FRIDERICUS QVINTUS, COMES  
PALATINUS RHENI, ELECTOR  
ARCHIDAPIFER, DUX  
BAVARIAE.

*Per Anagramma rejectâ unâ  
adspiratione.*

I ROBORA PECTUS: NE NIHIL FER  
DURI: FAC PACEM RE CLA.  
RA: QVIA DATUS ES REX  
DIVINITUS.

**N**E dubita, FRIDERICE, DATUS DIVINITUS  
audis  
R E X populo, gestit qvi T U A  
Jussa seqvi.

Nam verum est: lateres ubi conduplicatur, amico  
Tum Moyfes JOVA dexter adesse solet.  
Et qvem gens alium persensit Amyntora Zechi,  
Cum fureret dirâ læva Megara face,

A 2

Qvàm



Quàm TE, qvi, quanto licuit conamine, lapsas  
Sat-res-egisti restituisse vigil?  
Exspectata igitur tot felix optio votis,  
Quod reliquum est, alacri deinde laboris obi.  
Non Duri sanè Nihil est, hoc sponte fatemur.  
Sed cinctum dño ROBORE PECTUS habe.  
Sicq; FER & perfer, PACEMq; FAC & refer orbi,  
Quò tandem pulsà fraude beatus over.  
Qvi REX cui populo DATUS EST DIVINITUS, illum  
RECLARA diam pandere oportet opem.

## II.

FRIDERICUS REX BOHAEMIAE,  
COMES PALATINUS RHENI,  
PRINCEPS ELECTOR, DUX  
BAVARIAE ET SILESIAE,  
MARCHIO MORAVIAE  
ET LUSATIAE.

*Per Anagramma, rejectis duabus  
adspirationibus.*

EIA

EIA, DIE HEROS, EIA! SUB TE REDE-  
AT ALEMANORUM PRISCA VIRTUS.  
SIC PAX AVREA MOX ARÆ ET LARI  
FLOREBIT. SIC IMO E LENI  
PACE VINCES.

E *f* A, alacri, EIA, manu, DIE HEROS, sceptrā  
capesce,

*Quæ Bojemorum dat TIBI lata manus.  
Hactenus illa velut fracta & projecta jacebant,  
Cum desiderio defuit una fides.*

*At gestante suo TE nunc fulgore nitebunt,  
Iustus eritq; ARÆ mox honor atq; LARI.  
Itantum Huic lucem, quam vespera nulla, nec Ate  
Nube sua valeant obtenebrare, mere.*

*Illa ALEMANORVM TEMET SVB praside  
VIRTVS*

*Felici REDEAT fidere, PRISCA FIDES.  
AVREA FLOREBIT SIC PAX, sic usq; vi-  
gebit,*

*Rursus adepta suum res Alemana locum.  
SIC IMO & LENI VINCES E PACE re-  
belles.*

*At quantus Tuus hinc, queso, Triumphus erit!*

A 3

FRI



III.  
FRIDERICUS REX BOJEMIAE  
CORONATUS.

*Per Anagramma.*

REX, ô CORONA, MERA RES FIDE  
IT CIVIBVS.

**C**Inge, CORONA, caput FRIDERICI, ô cinge, peti-  
clum.

Nullum est, Germanâ qvin tenere FIDE.  
E fractu, Is, damnum delapsa quod ante tulisti,  
Sarciet, eq; Suo junget honore decus.  
Nec REX vana Tuis tantum spes CIVIBUS ibit.  
IT MERA RES sanctâ, ne vereare, FIDE.

IV.

Friederich Pfaltzgraf am Rhein/  
Churfurst/ Herzog zu  
Baiern.

*Per Anagramma.*

Er ist ein Pfort zum Fried/Schafft  
Aufbruch herzlich gern  
gar ab.

*Item/*

*Item/*  
Friederich König zu Behaimb.

*Per Anagramma.*

Ich kom/Hab zu Fried ein Begir.

*Item/*

Friedrich König zu Behaim.

*Per Anagr. rejectâ unâ adspir.*

Ja ich kom/bring Friede zu.

**W**Arumb Breslaw ein Ehrenpfort/  
König Friedrichen setzet/  
Bedarff zu sagen nicht viel Wort/  
Es sey klar gnung man schetzet.  
Er ist ein Pfort zum Fried/das wil  
Breslaw hiemit andeuten.  
Denn schaft er nicht ab Aufbruch viel/  
Vnd hilfft bedrängten Leuten?  
Gar herzlich gern er für Vnsal/  
Das Vaterland behüttet/

Schewe



Scheut kein Arbeit / Gefahr vberal /  
 Dampfft was wieder ihn wüttet.  
 Drum lasts auch sein ein Friedensfort /  
 So wird sie recht genennet /  
 Deß Königs Nahm gibst selbst solch wort /  
 Darbey man diß erkennet /  
 Ich kom / sage er / hab ein begir /  
 Zu Fried / was wiltu wanken?  
 Ja ich kom bring zu Friede dir /  
 Laß frewdige Gedancken.  
 O das geschch / Gott höchster Hort!  
 Wend fern ab was gefehrlich /  
 So wird solch Pfort zur Frewdenfort /  
 Der König groß vnd herrlich.

V.

AD REGEM SERENISSIMUM.

*N*asceris Augusto, BOJ *AM* hoc capis inde coro-  
*nam*.  
 Et non *AVGVSTVS* REX, *FRIDERI-*  
*CE*, cluas?

Fortu-

*Fortunam* Augusti benè quis quandoq; precatus.  
*Hanc etiam* TIBI non, REX FRIDERICE,  
 precer?  
*Augustus* Jani faustè sacraria clausit:  
*O claudè* has quoq; jã, REX FRIDERICE, fores.  
*Augusto nobis* CHRISTVS sub Principe natus:  
*Fer nasci in* CHRISTVM, REX FRIDE-  
 RICE fidem.  
*Imò vi, famâ, Req;* AUGUSTISSIMUS, esto.  
*Atq;* Tuo par hinc imperium quod erit?

VI.

AD EUMDEM.

*P*incipis hæc lex est: PRINCEPS EST LEGE SOLUTUS.  
 Lex igitur non Te, REX FRIDERICE, ligat?  
 Si liget, haud Princeps fuerit: ligat attamē, inquam,  
 Ipsa hæc, quæ, quod sis lege solutus, ait.  
 Namq; ipsum id SOLVI LEGE est heic LEGE LIGARI,  
 Grande gerisq; quod Es lege solutus, onus.  
 Scilicet incumbit, populi cum postulat usus,  
 Juris & adversi rumpere vincla, TIBI.  
 Jamq; SALUS POPULI TUA Te lex una coarctat:  
 Sed porro hæc tribuit LEGE SOLUTUS eas,

AD



VII.  
AD ARCUM TRIUMPHALEM  
ejusdem Honori à S.P.Q. Wra-  
tisl. erectum.

PORTA PATE, FRIDERICVS adest,  
quo præsides passim

Fungitur antiqua gens Alemana fide.  
Dudum RELIGIO PAXq. æquo mutua  
pactio

Fœdera firmari concupiere sibi.  
Sed frustra, Pax usq. malis convellitur ausis:  
RELIGIO tectis proditurusq. dolis.  
Excitus ergo, alacri præstò est FRIDERI-  
CVS ovatu,


Optatam cupiens ferre potentèr opem.  
Famq. id agit, sed præduro molimine, fidam  
PAX sociant firmè, RELIGIOq. manū.  
Tantum hæc cœpta, DEVS, faustis successibus  
orna,

Atq. hac ò ita nunc omine, PORTA Pate!  
VER-

VIII.  
VERTUMNUS  
cujus verba tories sedes commutant  
suas, ut innumeras penè facies  
ostendant.

SI bona LEX regni REX, cum re PAX pia flo-  
ret.

Rex famam, dignè quâ celebretur, habet.  
Rex populum, sanctè cui deametur, habet.  
Rex sceptrum, justè quod metuatur, habet.  
Rex solium, tutò quo fugiatur, habet.  
Rex robur, firmè quo solidetur, habet.  
Rex regimen, longè quo dominetur, habet.





SERENISSIMO AC POTEN-  
TISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
Dn.

FRIDRICO  
BOHEMIÆ REGI

INCLUTO;  
COMITI PALATINO RHENI;  
S.R. IMPERII ARCHIDAPIFERO

ELECTORI, VICARIO;  
UTR. BAVARIÆ ET SILESIAE  
DUCI;

MORAVIÆ AC LUSATIAE  
MARCHIONI;

Principi Sapientissimo, Fortissimo,  
Piissimo,

SILESIAM

*In eaque Metropolin*  
VRATISLAVIAM

*Homagi accipiendi ergo*

*feliciter ingredienti,*

*humilima adclamatione gratulatur*

CASPAR CUNRADUS

Phil. & Med. D.

---

A C. clc. lcc. XX.